



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Basiliscus M. 22. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

330 VITÆ SANCTORUM. 22. Maii.
animo nidulatur, & inter æternas flam-
mas, omni Salamandrâ vivacior, num-
quam moritur. Ex Greg. Turon.

*Perpende, quia caro, quæ nunc accu-
ratis dapibus nutritur, paulo post vermi-
bus scaterere compelletur, ipsa siue tunc
fit esca rodentium, quæ nunc saginatur
jucunditate ciborum, ac tanto gravio-
rem exhalat putrefacta fetorem, quanto sua-
viorem sibi procurabit educata molliciem.*
S. Pet. Dam. l. 7. ep. 19.

S. BASILISCUS M. 22. Maii.

L Atuit subinde etiam sub militari sago
magna virtus, & castra theatrum præ-
buere Christianæ sanctitati. Nunc BA-
SILISCUM inde producimus plurimum
palmarum militem, quem afflictum
incoerore ferunt, quod acceptis pro Ma-
ximiano impio Cæsare vulneribus, gut-
tam sanguinis pro Christo nullam fu-
disset; cum tamen Theodorum marty-
rem proximâ necessitudine contingeret,
cujus pro fide prælia convitium suæ ig-
naviæ facerent, utique, si virtuti suæ
Christus confideret, ejus experimen-
tum pridem capturum fuisse. Rarò ita
cum Superis exposulatum est; neque
sustinuit cæli Imperator tam pia militis
sui desideria perire; ultrò cum allocutio-
ne dignatus, memorem esse voti sui jus-
sit, & dignos tantâ sponssione animos
af-

23. Maii. VITÆ SANCTORUM. 331
afferre in imminentem pugnam; cuius ei
copiam Agrippa impius Prætor fecit, qui
ferro soleatum, clavis plantam pene-
trantibus, cursu nihilominus æquare
citatem quadrigam coëgit. Subinde à
Trajanâ hospitio acceptus aridæ arbori,
sub quâ recubuerat, vitam reddidit fron-
desque; credo ne capiti coronæ deessent:
frons e iam ad pedes martyris scaturiit,
hanc vicem reddentē terrâ, cum sangui-
nem ejus bibisset: eo prodigio non sitis
tantum comitum ejus, sed perfidia etiam
extincta est. Paulò post etiam alteri ele-
mento imperavit, devocatoque de celo
igne, Deorum delubrum exussit: ipse
capite imminutus, & in proximum flu-
men sparsus, maximo & ultimo mira-
culo nihilominus ad beatitatis littus e-
natavit. *Ex Menais.*

*Quid faciemus sub æterni judicis maje-
state? qua nobis subsentura est pœnitentia,
quam in hac carne contempsimus? qua nos
defensura sunt opera bona, qua in vitâ non
egimus? ad quos sanctos confugiemus, quo-
rum exempla simul & verba despeximus?*
S. Pet. Dam. l. 1. Ep. 6.

S. BOBO CONF. 23. Maii.

Quo tempore Mauri Hispaniâ potiti,
Galliam etiam Narbonensem mali
vicini terrebant, fuit BOBO noster pa-
trix suæ propugnaculi instar, homo nobi-
lis